Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

8.

post eam eventura. Cornelius ex Ambrosio, Salisque.

35) Luc. I, 57–66.

36) Luc. I, 67–80. De hoc Cantico vid. Cornelius, aliique Interpretes in hunc locum.

37) Baronius Annal. ad an. 1 § 52 et seq.

38) Matth. II, 1–12.

39) Luc. II, 22 et segg.

40) Baronius l. c.

41) Matth. II, 13 et segg.

42) Vide supra n. 29.

43) Petrus Alexandrinus Can. 3. Similia referunt, cum alia tamen necis occasione, Cyrillus Alexandrinus contra Anthropomorph. Hic Zacharias prophetico spiritu ad occultorum cognitionem deductus, cum mysterium Virginis de eximio partu probe intelligeret, non arcuit incontaminatam purissimamque matrem ab eo templi loco, qui virginibus ex lege designatus erat: docens nimirum Judaeos, quod Creator totius universi et omnis creaturae Rex humanam naturam, ut reliqua etiam omnia, subjectam habet, pro suo arbitratu eam, quocunque velit, ducens, non autem ipse creaturae addictus; adeo ut in ipsius potestate sit situm, novam creaturam creare, quae matrem effectam virginitate non privet: idcirco non arcuit eam a loco templi virginibus dicato: erat enim locus hic inter templum et altare ~~medius~~ intermedius. Quando igitur audierunt Regem totius creationis ad humanam nativitatem divino consilio procedere, veriti, ne in ejus Regis potestatem et imperium venirent, eum qui hoc de partu testificatus erat, interficiunt, sacerdotem sacrificantes. Eandem rationem allegant Basilius hom. de Christi generatione; Gregorius Nyssenus de Christi nativitate, qui addit: Cum igitur audivissent Judaei, Regem omnium regum in vitam humanam divino ordine produxisse;

/ Damiano, Bonaventura;

Hic Zacharias prophetico spiritu ad occultorum cognitionem quasi manuductus, cum mysterium Virginis de incorrupto partu probe intelligeret, non arcuit incontaminatam purissimamque matrem ab eo templi loco, qui virginibus ex lege designatus erat: docens videlicet Judaeos, Creatorem totius universi omnisque creaturae Dominum humanam naturam, cum reliquis etiam omnibus sibi subjectam habere, et pro suo arbitratu, quocunque velit, ducere, non autem ipsius legibus astrictum esse; adeo, ut in ipsius potestate sit situm, novam creaturam creare, qua mater effecta virgo esse non desinat: idcirco non arcuit eam a loco templi virginibus dicato. Erat autem locus hic patium inter templum et altare intermedium. Quando igitur audierunt Regem ac Dominum omnis creaturae ad humanam nativitatem per incarnationem procedere, veriti, ne in Regis potestatem et imperium venirent, cum qui hoc de partu testificatus erat, prope ipsum altare sacerdotem sacrificant.